

Bibliothèque numérique

medic@

**Chevallot, Mathurin - candidat /
Monantheuil, Henri de - président. -
An morbi et curationis principia sint
paria ?**

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°254

QVÆSTIO MEDICA
QVODLIBETARIIS DISPUTATIONIBVS EXAGITANDA IN
Scholis Medicorum die Martis 6. Februarij, M. Henrico de Monanthueil, Mathematicarum

234

Professore Regio, Moderatore.

An morbi & curationis principia sint paria?

MORBORVM quinque genera, nec plura: Materia immoderatio, intemperies, forme corruptela, difformitas, solutio continui. Sanitatum sunt totidem his contraria. Horum omnium principia sunt quinque, nec plura: Natura, id est, vis, violentia, celum: Natura & celum omnium in omnibus, occulte & sensim, aliquando repente, violentia euidentissime, & maxime frequentissime, id est, rarissime: Natura & celum paucissimos interficiunt: violentia multos, & maxime plurimos: Natura & celum paucissimos curat, violentia multos, id est, plurimos: Omnium usus, Omnium abusus: Quamvis & occasio venci difficilissima: hac decernens ante sibi perspectam sanitatis & morbi speciem infimam, causam proximam locum affectum, peccat in opificio Dei & Natura: Natura autem in homine est anima rationalis cum suis instrumentis, quæ morbum ut omnem admittit, sic curat, sed nunquam sola.

NATURA est privatio eius quod secundum, vel contra naturam adest illi: facit naturæ imbecillitas, labor cibum & potum superans, obstructio, venus, vigilia, animi perturbatio, medicamentum, celum: id est, morbi sunt sanæ, sitis, atrophie, paralytis, consulsio, tabes, senectus ipsa: his omnis violentia certa perniciet, ut in fame & siti labor, sed tamen atrophie viciatione, ut obstructio medicamentum vtile, his salus, cibum, potum, appulsio deficientis, natura: Omnibus temperatum celum, & hyemes serena optanda, sicut & venti Orientales, Salus per Arietem, Taurum, Geminos, progressus; Solis, Iouis, Veneris, amicales congressus: Luna crescens & diametra: dies ab aurora usque ad tertiam inaequalem: Regio spectans ad Orientem tecta contra Austrum, Boream, Zephyrum.

AEONASMOZ est eius quod secundum, vel contra naturam adest presentia: huius morbi non sunt numerabiles, dum cibum, potum, somnus laborem superant, Celum intemperatum est, & natura pigra: Ab his frequentissime plethora, cacochymia, quæ in quatuor, congestio, quorum morbos ægri intemperantia natos Esculapius sciens curare merito noluit: Herodicus dieta curans, longam moriem fecit: Hippocrates & Galenus, omnes (nisi prorsus desperatos) misericorditer curabant: & tamen, victu, labore, lenibus pharmacis, & tamen, remediis purgatione, sectione, vitione, eliborismo, longo usu alimenti in medicamento, medicamento in alimento, sudorificis: Anhu recte recentes adiungerent Chymica? An horum proprius debet esse artifex? Nulla purgatio libenter usurpanda in ortu & occasu astrorum, In solstitiis, In æquinoctiis, In diebus imparibus: Medicamentum non propinandum Luna signum ruminans, sed aquaticum petragant: ut membrum nec vrendum, nec secundum, dum ea est in signo membri domino.

VIOLENTIA est vis extrinsecus illata cum materiali alicuius qualitate, Tel figura: Violenta sunt dura, urentia, secantia, morsus, & punctura animalium: Ex his icuinorum, & aculeorum quam dentium nocentiora: ita ferri illi vulnere sunt lethales, etiam non illi in cerebro, corde, ventriculo, aorta, & magna vena: Luxatio dorsus intus foras non fit: foris intro intus non fit: Vnus vertebra plurium grauior: à dentis luxatione, & eius medulle punctura, repentina mors: Luxatio magnorum articularum, & fractio magnorum ossium periculosa: has alia violentia sanat, ad quam Polyplaston Archimedes, & Glossocomion Hippocrati sunt aptissima purgatione: Dentiducus constans duobus veltibus alternatim iunctis in uno hypomochlio, dentem rectius eximit, quam digiti soli: Plurimis & maxime morbis violentia certa salus: Plethoram adimit larga vena sectio: Colicum dolorem ampla cucurbitula: Suppurati conseri sectio, & vltio Memphitica: Arthritici lingua: peste affectu surarum & femorum mulca & alia carificationes.

COELVM agit in hominem motu, lumine, vi propria vnius stellæ, & plurium præsertim erraticarum inter se, & cum fixis iuncta: Idem facit annum, anni tempora: mensis, hebdomadas, dies: Nullum tamen horum integrum: Singulorum inæquales mutationes; ut his & pleiadum, canis, arcturi, fauonij ortu vel occasu annus in nouem partes apte distinguatur: Ver saluberrimum vna est, æstatis acutissimorum feracis tres, autumnus lethalißimi due; hyemis frigidus & maxime morbis fecundus tres: Omnium tamen salubritas, si æquus, insalubritas si æqueus. Est & aer à celo viciatus: id est, corporum & ventriculorum: factus frigidus, æstuosus; puerus, turbidus: tranquillous, ventosus: pluuosus, siccus: & tamen, particeps, pestilens: Aeris mutationes leniter inchoatas sympathia sentiunt & præcauent passeruli, rana formica, hyrundines, erinacei: Observatione meteororum, Sole in cardinibus existente, Lune fulgentis colore & figura, nebula inter Afines visa: vtiliter agricolæ, & nautæ: Medicus, qui cum Hippocrate astronomiam non minimam, sed maximam Medicinæ partem esse duxerit, longe ante quam sunt præuidens, sanitatem & morbos ut certius dignoscet, ita & tutius celo inuitabili vel omnia alia opponens, vel consocians procurabit.

Ergo morbi & curationis principia sunt paria.

Proponebat MATHVRINVS CHEVALLOT Carnutenfis Meduntanus anno. 1597.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Iacobus d'Amboise Med. Reg.
M. Iacobus Cousinot.
M. Petrus Seguin Prof. Reg.

M. Petrus Pijard.
M. Nicolaus Iabot.
M. Anthonius de Cappe

M. Bartholomeus Perdulcis.
M. Ioannes Martin Med. Reg.
M. Claudius Basin.